Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beda Venerabilis presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

Sermo de morte retro in xi. fol. req(uire) ... Secunda die ferię req(uire) ante in vii. folio.

nostra praecordia uisitare dignetur celestibus instruere disciplinis. et quicquid in nobis sordidum repperit propitius emundare dignetur. qui uiuit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen

Lectio sancti euangelii secundum iohannem

In illo tempore. Abiit iesus trans mare galileę quod est tyberiadis; et reliqua;

Omelia uenerabilis bedę presbiteri de eadem lectione;

QVI signa et miracula domini ac saluatoris nostri perfecte legunt uel audiunt accipiunt. non tantum in his quid foris stupeant attendunt. quam quid horum exemplo ipsi intus agere quid in his mysticum perpendere debeant inspiciunt; Ecce enim appropinquante pascha die festo iudeorum sequentem se multitudinem dominus uerbo salutis pariter et opere curationis erigebat. Nam sicut alius euangelista scribit. loquebatur illis de regno dei. et eos qui cura indigebant sanabat. eadem que doctrina et sanatione completa paucis de cibariis abundantissime refecit; Et nos ergo fratres karissimi huius exemplo facti appropinquante paschali die festo nostrę redemptionis adiuncta fratrum caterua dominum toto corde sequamur; quo actionum itinere ingressus sit diligentissime contemplemur ut uestigia eius sequi mereamur. qui enim dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare; quicquid in nobis imperitię nocentis inesse deprehenderimus. crebra uerbi illius auditione tergamus; quicquid uitii temptantis morbi uidelicet spiritalis nos interius uastare senserimus. solite pietatis illius munere postulemus emundari; Sed et si ieiunos nos celestis uitę dulcedine conspexerimus. eius gratiam flagitemus. ut necessarie nos compunctionis. ut ceterarum uirtutum spiritalium donis satiare dignetur. quatenus tempore sacro sanctę resurrectionis illius. interius et exteriusque decenter ornati. sacramenta nostrę salutis puro corpore simul et corde sumamus; Uerum quia breuiter ista praelibauimus. libet diligentius totam sacrae seriem lectionis intueri et quicquid in ea mysticum indagare ualemus uestrae pandere caritati; Abiit iesus trans mare galileae quod est tiberiadis; Primo dicendum iuxta historiam. quia mare galileae quod multis pro diuersitate circumiacentium regionum uocabulis distinguitur. illis tantum in locis tiberiadis uocatur. ubi tiberiadem ciuitatem aquis uita iunt calidis salubrem habita[tionem] ab occidente premonstrat. Siquidem interfluente iordane. duodeuiginti passuum milibus

In longum & quinq; extenditur in latu;
Mystice autem mare turbida aestuantia secu
li huius uolumina significat. in quibus
praui quilib& iniuste delectati. quasi p
fundis dediti pisces mentem ad supna
gaudia n intendunt. unde bene idem mare
galileae. idest rota cognominatur.
quia nimiru amor labentis seculi
quasi in uertiginem corda mittit. quae ad
perennis uitę desideria erigi n pmittit.
De qualibus psalmista. In circuitu inquit.
impii ambulant; sed abeunte transmare
galileae ihm multitudo maxima seq;bat.
que doctrinę sanationis & refectionis
a deo caelestis munera sumpta pciper&.
quia prius quã dns in carne appareret.
sola illum gens iudea. sequebat creden
do; p quã uero p incarnationis suę dispen
sationem fluctus uitę corruptibilis
adiit. calcauit transiit maxima mox eum
multitudo credentium secuta est nationu.
spiritaliter instrui. sanari ac satiari
desiderans & cum psalmista depre
cans; Dne ad te confugi. doce me facere
uoluntatẽ tuã; & iterum. miserere mihi
dne qm infirmus sum. sana me dne.
qm conturbata sunt omnia ossa mea.
& iterum de pcipiendis a deo uitę per
petuę alimoniis confisa. dns inquit
pascit me & nihil mihi deerit in loco pas
cuę ibi me collocauit; quod autem subiens

in montem ihs ibi sedebat cu discipulis suis.
Se adueniente ad eum multitudine descendit.
Atq; hanc in inferioribus reficit. quã in in
ferioribus paulo ante curauerat. ne qua
quã frustra factu credamus. sed ad significandu
mystice. quia doctrinę & charismata
sua dns iuxta pcipientium capa
citatem distribuit. infirmis quidem
adhuc mentibus ac paruulis spu simplici
ora monita committens. & aptiora
credens sacramenta. celsioribus a quib;q;
& pfectioribus sensu secretiora suę maies
tatis archana reserans. artiora deuotę
conuersationis itinera suggerens. & al
tiora premiorum celestium dona pmit
tens; Deniq; cuidã sciscitanti. quid fa
ciens uitã ęternã possider&. quasi in
ferius adhuc posito comunia suae dona
largitatis impendit dicens. n occides.
n mechaberis. non furtu facies. n falsu testi
monium dices. honora patrẽ tuu & matrẽ;
Cui postmodu altiora querenti & uelut
ad montem uirtutu ascendere cupienti
Si uis inquit perfectus esse. uade uende
quę habes & da pauperibus. & habebis
thesauru in caelo & ueni sequere me; cuius
discretionẽ moderaminis. non ipse solu
dns in carne docens exhibuit. uerum
nunc quoque per uerbi sui
ministros exhibere non cessat. unde
de isdem. sub unius boni serui psona

fine

teſtatur, quia docere debeant conſerui
in tempore tritici menſuram, id eſt
pro captu audientium, oportune et
menſurate uerbi dapes ſuggerere;
Quod uero propinquante paſcha dominus
turbas docet, ſanat et reficit, poſſumus ita
myſtice interpretari, quia paſcha tranſi
tus dicitur, et quorumcumque dominus inter
na munerum ſuorum ſuauitate recuperat
ad ſalubrem profecto tranſitum pre
parat, ut carnis uidelicet concupiſ
centias mentis ſublimitate tranſcen
dant, infime mundi deſidere proſpera
parit et aduerſa celeſti ſpe et amore
conculcent; et ſi necdum anima uel
carne ad ſuperna ualent pertingere,
quicco hoc nimirum in futuro promittit
quicquid tamen carnales quaſi altum
amplecti conſpiciunt, comparatione
aeternorum quaſi nihili deſpiciant, iux
ta exemplum illius qui uidens im
pium ſuperexaltatum et eleuatum
ſuper cedros libani, tranſiit temporalia
contemplando, et quaſi non eſſe uide
bat quem cito tollendum prouidebat;
Quod ſubleuaſſe oculos Iesus et uenientem
ad ſe multitudinem uidiſſe perhibetur,
diuine pietatis indicium eſt, quia uideli
cet cunctis eccleſie uenire querentibus
gratia miſericordie celeſtis occur
rere conſueuit, et ne querendo

erraſe poſſint, lucem ſui ſpiritus aperire cur
rentibus ſolitus eſt. Nam quod oculi
Iesu dona ſpiritus myſtice deſignent,
teſtatur in apocalypſi iohannes qui
figurate loquens de illo: Et uidi inquit
agnum ſtantem tamquam occiſum
habentem cornua ſeptem et oculos ſep
tem, qui ſunt ſpiritus dei miſſi in omnem terram;
Quod temptans philippum dominus: Undem
quid ememus panes ut manducent
hi, prouide utique diſpenſatione fecit.
Non ut ipſe que non nouerat diſceret,
ſed ut philippus tarditatem ſue fidei
quam magiſtro ſciente ipſe neſciebat
temptatus agnoſcat, et miraculo facto
caſtiget; Neque enim dubitare debu
erat preſente rerum creatore qui educit
panem de terra et uino
letificat cor hominis, paucorum dena
riorum panes ſufficere turbarum
milibus non paucis, ut unus quiſque
ſufficienter acciperet et etiam
ſaturatus abiret; quinque autem
panes quibus multitudinem populi
ſaturauit, quinque ſunt libri
moyſi quibus ſpiritali intellectu pate
factis et abundantiore iam ſenſu mul
tiplicatis auditorum fidelium cotti
die corda reficit; qui bene orde
acei fuiſſe referuntur propter nimi
rum auſteriora legis edicta.

& integimenta litterae grossiora quae
interiorem spiritalis sensus
quasi medullam celabant; duo autem
pisces quos addit psalmistarum non
inconuenienter & prophetarum
scripta significant, quorum unum
canendo alterum conloquendo suis
auditoribus futura Christi & ecclesiae
sacramenta narrabant; & bene
per aquatilia animantia figu
rantur illius aeui praecones. in quo popu
lus fidelium sine aqua baptismi uiuere
nullatenus posset; puer quinque panes
& duos pisces habuit. nec tamen eos esurien
tibus turbis distribuit. sed domino distri
buendos optulit, populus est iudeorum
litterali sensu puerilis. qui scripturarum
dicta clausa secum tenuit; quae tamen
dominus in carne apparens accepit. & quid
intus haberent utilitatis ac dulcedi
nis ostendit. quam multiplici spiritus gratiae
quae pauca ac despecta uidebantur excu
berarent patefecit. & haec per apostolos
suos apostolorumque successores cunc
tis nationibus ministranda porrexit.
Unde bene aliferunt euangelistae.
quia panes & pisces dominus discipulis. dis
cipuli autem ministrauerunt turbis;
cum enim ministerium humanae salu
tis initium accepisset enarrari
per dominum. ab eis qui audierunt in nos

confirmatum est, quinque siquidem
panes & duos pisces fregit & distribu
it discipulis suis. quando aperuit illis
sensum ut intellegerent omnia quae
scripta essent in lege moysi & prophe
tis & psalmis de ipso; discipuli adposu
erunt turbis. quando profecti praedi
cauerunt ubique domino cooperante.
& sermonem confirmante, sequentibus
signis; fenum in quo discumbens turba
reficitur. concupiscentia carnalis
intellegitur; quam calcare ac premere de
bet omnis qui spiritalibus alimentis
satiari desiderat. omnis enim caro fenum.
& omnis gloria eius tamquam flos
faeni; discumbebat ergo super fenum.
ut florem feni conterat, id est ut
castiget corpus suum & seruituti subi
ciat. uoluptates carnis edomet. luxuriae
fluxa restringat. quisque panis ui
ui cupit suauitate refici. quisque super
nae gratiae dapibus renouari amat.
Ne in fame uetustate deficiat caueat;
quinque milia uirorum qui manduca
uerunt. perfectionem eorum qui uer
bo uitae reficiuntur insinuant. uirorum
quippe nomine solent in scripturis
perfectiores quique figurari quos
feminea mollities nulla corrumpit.
quales cupit esse eos quibus dicit apostolus;
uigilate. state in fide. uiriliter agite.

& confortamini; Millenarius autem nu
merus. ultra quem nulla nostra con
putatio succrescit. plenitudinem re
rum de quibus agitur indicare consu
evit; quinquenario vero numero. quinque
notissimi corporis nostri sensus exprimun
tur. visus videlicet. auditus. olfactus.
gustus. & tactus; In quibus singulis qui
cumque viriliter agere. & confortari
satagunt. sobrie & iuste. et pie vivun
do. ut caelestis sapientiae mereantur
dulcedine recreari. hinnimirum quin
que milibus virorum. quos dominus mysticis
dapibus satiavit figurantur; Nec praeter
eundem. quod refecturus multitudi
nem. gratias egit; egit quippe gratias.
ut & nos de perceptis caelitus muneribus;
gratias semper agere doceret. & ipse
quantum de nostris profectibus gratu
letur. de nostra spiritali refectione
gaudeat intimaret. multis & enim
nos refert. quantum salvator noster
congaudeat saluti nostrae; narrat evangelis
ta lucas. dedisse eum discipulis potes
tatem calcandi supra omnem virtutem ini
mici. eorumque nomina scripta indicare
in caelis. & statim infert; In ipsa hora ex
ultavit in spiritu sancto & dixit; confiteor
tibi pater domine caeli & terrae. quia abscon
disti haec a sapientibus & prudentibus.
& revelasti ea parvulis. clar& ergo.

quia saluti ac vitae fidelium congratule
tur. qui patrem gratias agendo conlau
dat. quod ea quae superbientibus abscondit.
humilibus spiritu secreta revelaverit; quod
autem saturata multitudine iussit dis
cipulos colligere quae superaverant
fragmentorum ne perirent. hoc profecto
signat quia pleraque sunt archana
divinorum eloquiorum. quae vulgi sensus
non capit; nonnulla quae per se quidem
minus docti adsequi nequeunt. sed a
doctioribus exposita mox intellegere
queunt; haec ergo necesse est. ut qui valent
diligentius scrutando colligant.
& ad eruditionem minorum. suo vel dic
to vel scripto faciant pervenire;
ne alimenta verbi illorum desidia
pereant. plebibus quae tollantur. qui haec
domino donante interpretando colligere
norunt; collegerunt ergo inquid & im
pleverunt duodecim cophinos fragmen
torum. quia duodenario numero sol&
perfectionis cuiuslibet summa figurari.
Recte per duodecim cophinos fragmento
rum plenos. omnis doctorum spiritalium
chorus exprimitur. quod obscura scripturarum.
quae per se turbae nequeunt & meditando
colligere. & meditata & mandata litteris suo parvarum
& turbarum usui conservare iuben
tur; hoc ipsi fecere apostoli
& evangelistae. non pauca legis

& prophetarum dicta mystica rius interpretatione ecclesiae inserendo opusculis; hac sequaces eorum ecclesiae toto orbe magistri. aliae integros nonnulli utriusque testamenti libros. diligentiori explanatione discutiendo; quicquam uis hominibus despecti. caelestis tam gratiae sunt pane fecundi. Nam seruilia cophinis solent opera fieri. unde de populo qui in luto ac lateribus seruiebat in aegypto. dicit per psalmistam; manus eius in cophino seruierunt; illi ergo homines cum uidissent quod fecerat signum. dicebant. quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum; Recte quidem dicebant dominum prophetam magnum. magnae salutis praeconem. iam in mundo futurum. Nam & ipse prophetam se uocare dignatur. ubi ait; quia non capit prophetam perire extra hierusalem; sed necdum plena fide perficiebant. qui hunc etiam dominum dicere nesciebant; ergo illi uidentes signum quod fecerat ihs dixerunt; quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum; Nos certiori cognitione ueritatis & fidei uidentes mundum quem fecit ihs. & signa quibus illum repleuit dicamus; quia hic est uere mediator dei & hominum qui implet mundum diuinitate & mundus per ipsum factus est. qui hic per se uenit genus humanum quaerere & saluare quod perierat; ac recreare mundum quem fecerat; qui cum suis fidelibus per praesentiam diuinitatis est in mundo omnibus diebus usque ad consummationem seculi; qui in consummatione seculi per humanitatem uenturus est in mundum. ut reddat singulis secundum opera eorum; Impios quidem & peccatores in aeternum proiciens in ignem. iustos autem in uitam introducens aeternam. in qua uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen. XCIII

ITEM DOMINICA ANTE PALMAS. SERMO IOHANNIS EPI DE HIEREMIA.

Magnum hieremiae sanctissimi meritum magnum in eum conlectum esse uidetur donum. magnum in qua hieremiae meritum. quia ante promeretur quam nascitur. ante sanctificatur quam editur. ante propheta constituitur quam mundi exordium patiatur; dicuntur eius merita & ab eo necdum exercentur officia. dona narrantur. nec tamen donorum causae tractantur; promotio dicitur & necdum promotionis negotium aperitur; Noli inquit dominus putare hieremia quod hodie te prophetam constituo. tunc primum ad istos gentem corrigendam premitto. olim enim olim mihi probatus ac notus es. olim consecratus ac dignus. olim propheta gentibus institutus. te mihi